

diésemos el pecado que home face, non tan solamente por pensamiento, nin por palabra, mas cumpliéndolo por fecho, ca á este resuscita nuestro Señor Dios en el alma, quando face penitencia, como resuscitó á Lázaro del Sepulcro que fedia ya; ca asi como el cuerpo del home muerto que es ya corrompido, aborrescen los homes, porque huele mal, asi el pecador quando comple el pecado por obra aborrescele Dios: é por ende llora Santa Iglesia, é ruega á Dios por estos atales que son menores de fecho, é mayores en pecado, segun dixeron los Santos: Lore por tí Santa Iglesia tu madre, é Santa Marta, é rogaron á nuestro Señor Jesu-Christo por su hermano Lázaro, que le resuscitase, é lloraron, y otrosí la otra compañía que iba con ellas.

LEX XXIV. — Anima per peccatum moritur in damnationem perpetuam, et per penitentiam resurgit in vitam eternam. Hoc dicit.

(1) La faja. Vide Math. cap. 9. v. 25. et in cap. quem penitet, in fine, de penitent. distinct. 1. et eadem dist. in §. denique, versic. tres quoque.

(2) Fijo de una viuda. Luc. 7. v. 14. et in cap. fleat, de penitent. distinct. 1.

(3) Lázaro. Joan. cap. 11. v. 17. et cap. quantumlibet, de penit. dist. 1.

LEY XXV. — En que manera deben los Clérigos oír las confesiones, é que cosas deben catar.

Sabidores deben ser los Clérigos en dar las penitencias á los que se á ellos confesaren, pues que son puestos en lugar de Dios, para juzgar las almas. E deben primeramente oír el pecado, de que el home se confiesa: é despues pescudar las cosas que estan cerca del, para saber la verdad, á que dicen en latin circunstancias. E estas son asi como cual es el pecado que fizo aquel que se le confiesa, é de que edad (1) es el pecador, si es mancebo, ó si es viejo, ó sano, ó doliente (2), ó libre, ó siervo (3), ó rico (4), ó pobre, ó Clérigo (5), ó lego ó letrado (6), ó sin letradura, ó Perlado (7), ó otra persona menor (8), ó en que lugar (9) fizo el pecado, ó si lo fizo por si tan solamente, ó con ayuda de otro, ó por que se movió á hacerlo, ó si lo fizo de su grado, ó por fuerza, ó quantas veces (10), é en que manera, é sobre todo si muestra el pecador, si le pesa (11) porque pecó. E quando todas estas cosas hobiere catadas, debe dar penitencia contraria del pecado (12) que fizo: ó otra segund su alvedrio (13), qual entendiere que podrá cumplir. Otrosí el que se viniere á confesar, debe ser obediente, é muy acucioso para facer emienda (14) de los pecados, que hobiere fecho, segund le mandare aquél á quien dixere su confesion. Ca de otra manera non seria verdadera, nin ternia pro para salvarse por ella.

LEX XXV. — Confessor, qui est positus loco Dei, debet sapienter scrutari in confessione penitentis circunstancias, et ejus personam in ætate, valetudine, conditione, divitiis, statu, litteratura et dignitate, contemplando etiam locum et tempus commissi, et an per se, vel alterius suggestionem, aut adjutorio peccavit: contritionem insuper penitentis, quibus diligenter inspectis, penitentiam commissio contrariam injungit arbitriam; obediat penitens, impleatque eam, quia aliis sibi non proderit. Hoc dicit. Ortum habet á cap. 1. de penit. distinct. 3.

(1) Edad. Ratione fragilis ætatis, minor penitentia est imponenda, 15. quæst. 1. §. ut itaque, pueri doli capaces tenentur confiteri, cap. omnis utriusque sexus, de penitent. et remission. Host. in summa ejusdem tituli, charta 8. column. 2. vers. cui pueri. Si verò est valde senex in ætate decrepita, alleviari debet jejuniis, et gravari orationibus, ut in dicto cap. 1. de penit. dist. 3. et si habet pecuniam, redimat cum ipsa peccata sua, de penit. dist. 1. cap. medicina. Si vero non sunt ita senes, fortius penitentiari debent, quam decrepiti, tales enim cum peccant, juvenes ad interitum trahunt; quia secundum beatum Gregorium, laqueus juvenum omnes mali senes, 2. quæst. 7. cap. Paulus dicit: «in senere verò omni discretionem carente, dic ut in pupilo et furioso». Host. ubi supra, charta 8. col. 5. versic. quando confitendum est.

(2) Doliente. Infirmo non est injungenda penitentia, sed innotescenda quantitas et qualitas, ut dicat sic sacerdos; si tu esses sanus, talem penitentiam deberes agere, et usque ad tale tempus, sed quia es infirmus, tibi non injungo; dico tamen tibi, quòd si decesseris, facias talem elemosinam, sive injunge tuis hæredibus quòd eam faciant pro hac penitentia; si autem convalesceris, iterum humiliter confitearis, et facias penitentiam, quæ tibi injuncta fuerit. Probanur hæc in cap. ab infirmis, 26. quæst. 7. et 30. distinct. cap. de his, 26. quæst. 6. cap. si quis corpore, et cap. seq. Hostiens. in summa de penitent. et remission. §. quando confitendum, versic. confitendum est tempore sanitatis. Videtur tamen, quòd et possit sacerdos dicere, si convalesceris, fac talem penitentiam, sine eo quòd teneatur iterum confiteri, vide infra eod. l. 39.

(3) Siervo. Si servus sit, et obedierit domino, obediendo in atrocioribus, minus puniendus est, 22. quæst. 5. cap. qui compulsus, 12. quæst. 2. cap. cum devotissimam, et tamen in talibus non tenebatur obedire, l. servus, ff. de action. et obligation. cap. Si dominus, 11. quæst. 5. 86. dist. cap. au putatis. Quòd si voluntariè peccaverit, acris quam alius in corpore etiam puniatur, 24. quæst. 1. cap. qui contra pacem: 12. quæst. 2. cap. qui manumittitur: 5. quæst. 11. §. si quis ex familiaribus: neque ex servo injungenda peregrinatio, per quam dominus servi servitio defraudetur, cap. relatum, de sentent. excomm. Hostiens. in summa, de penitent. et remission. charta 15. col. 4. versic. liceat autem.

(4) Rico. Inquirat sacerdos cautè, et astutè quæ causa movet divitem ad peccandum, de penitent. dist. 6. cap. 1. ad fin. et imponat penitentiam in jejuniis, oratione et elemosyna consistente, et si sit delicatus caveat ne asperum jejunium injungat, 41. distinct. cap. non cogatur, aggravet eum in elemosynis, cap. medicina, de penitent. distinct. 1. Hostiens. ubi supra, versic. si aives sit.

(5) Clerigo. In eodem genere peccati magis videtur peccare clericus, quam laicus, Glos. in cap. homo christianus, 40. distinct. Plus enim peccare videtur perfectus, quam imperfectus, Glos. in cap. 1. de penitent. distinct. 3. in parte ideo enim, quæ tamen limitat hoc secundum contemptum. Adde glos. in cap. qui viderit, 32. quæst. 5. in parte studiosa, et l. Regum, cap. 2. v. 23. et de penit. dist. 1. cap. si sacerdos: «Si sacerdos peccaverit, quis oravit pro eo?»

(6) Letrado. Huic enim propter majorem scientiam durior videtur penitentia imponenda, quam non litterato; quia magis videtur contemnerè qui plus scit, quam quia minus; et quia litterati peccant in multis, de quibus sacerdos debet inquirere, ideò debet hoc scire, de quibus vide per Hostiens. in summa de penitent. et remis. charta 6. col. 4. versic. cui doctor.

(7) Perlado. Prælati si publicè peccaverit, acris quam alius puniri debet propter exempli perniciem, 11. quæst. 5. cap. precipue, cap. magna, de voto, ubi Glos. tradit illud: Regis ad exemplum, etc. 85. dist. cap. nemo quippe, si occultum mihi puniatur, quam quando publicè, nam gradus dignitatis vel ordinis peccatum aggravat, dict. cap. homo christianus, 40. dist. et 89. dist. cap. ad hoc. Unde Presbyter magis puniendus est, quam Diaconus; et vide de penit. dist. 4. §. finis. Host. ubi supra, vers. si Prælati sit.

(8) Persona menor. Milites, rustici, mercatores, vel alij, de quibus vide latius vel Hostiens. in summa, de penitent. et remission. charta 8. versic. cui miles, versic. cui rusticus, et vers. cui mercator, et dicit ibi Hostiens. quòd vita rusticorum tutior est, quam quiescentium deliciosorum divitum et otiosorum, unde versus: «divitis uti, res est adversa salutis; paucos crede bonos, quod beat aris bonos: mollities vestis, coitus, gula, cura quietis». Et circa mercatores nota signanter, cum (narrando in his quæ peccant) dicit: Nonò, transferendo se ad regiones remotas, et nimiam moram tra-

hentes, et ibi cum diversis etiam alienis uxoriibus adulterium committendo, et suis causam adulterij prævendo, de quibus quòt mala proveniant dicit ipse, nemo est qui ignoret; quod tu nota contra mercatores transferentes se in regiones Indiarum Maris Oceani, ibique nimiam moram trahentes. De religiosis autem dic, quòd in tribus casibus in eodem genere peccati, plus peccant quam laici. Primus, cum religiosus peccat contra votum religionis, veluti fornicando contra votum continentie, vel jurando contra votum paupertatis, et contra præceptum decalogi. Secundus, cum peccat ex contemptu, cum per id sit ingratus divini beneficii, quo sublimitatis est ad perfectionis statum. Tertius, propter scandalum, quia multi ad ejus vitam respiciunt: sed si religiosus non ex contemptu, sed ex infirmitate vel ignorantia peccat, non contra votum suæ religionis, et occultè et absque scandalo, levius peccat eodem genere peccati, quam secularis, nam ex multis bonis quæ facit, quasi absorvetur peccatum illius, si sit leve, et si sit mortale, facilis ab illo resurgit propter intentionem, quam habet erectam ad Deum, quæ licet ad horam interceptur, de facili reparatur, et quia jvatur etiam à sociis ad resurgendum. Hæc sunt ex S. Thom. 2. 2. quæst. 186. art. fin. et tradit Joan. Andr. in cap. accusatus, de hæret. lib. 6. et nota, quòd non est injungendum in penitentia monacho jejunium, in speciali propter scandalum fratrum, 20. quæst. 1. cap. monachi, et §. fin. potest tamen puniri in ciborum abstinentia, cum et sine scandalo possit comedere magis, vel minus: si tamen esset monachus solitarius, posset ei indici jejunium, videas per Hostiens. ubi supra, charta 16. col. 1. versic. si sit monachus; et de monachis, et eorum excessibus, vide per eundem charta 6. col. 2. versic. cui monachi; ibi etiam videre poteris de excessibus aliarum personarum.

(9) En que lugar. An in loco sacro, ut in cap. 1. de penitent. distinct. 5. ubi vide de hac circumstantia, et aliis hic expressis, et per Glos. in cap. homo christianus, ubi Præpos. 40. distinct. Et adverte, quòd necesse est confiteri circumstantias mutantès speciem peccati, si trahant ad speciem, quæ de se sit peccatum mortale; de circumstantiis verò aggravantibus in eadem specie, communior et probabilior opinio est, quòd non sit necessarium eas confiteri, licet sit laudabile, ut tradit latius Sylvest. in sua summa, in parte Confessio, la. 1. vers. nono queritur.

(10) O quantas veces. Debet ergo penitens explicitè confiteri se fecisse peccatum bis, vel ter, vel pluries, prout habeat in memoria: videas Sylvestr. ubi supr. versic. 11.

(11) Si le pesa. Nam si maxima est contritio, etiam pena peccati diminuitur, vide Glos. in cap. baptismi vicem, de consecrat. distinct. 4. et Abb. in cap. inter opera, de spons. 2. notabil. et text. in cap. in actione, de penit. dist. 1. et Glos. ead. dist. in cap. mensuram, in parte doloris, et Glos. in cap. omnis, 45. dist. et Ludolphus Cartus. part. 2. cap. 60. col. 18. in princ.

(12) Contraria del peccado. Quia secundum Beat. Gregor. contraria contrariis durantur, cap. affectum, 26. quæst. 7. unde injungat superbo humilem orationem, avaro elemosynarum largitionem, accidioso peregrinationem, gnosio, et luxurioso abstinentiam et carnis macerationem, et disciplinalem flagellationem, suspecto de hæresi, si clericus sff bonus, fidei prædicationem et hæreticorum persecutionem, maledicto benedictionem et lingue refractionem, aliis satisfactionibus simul junctis, arg. de purg. canon. cap. inter sollicitudines, §. precipias, quandoque injungat loci mutationem, 81. distinct. cap. valet. Hostiens. in summa de penitent. et remis. 9. quæ pœna.

(13) Segund su alvedrio. Hodie omnes penitentiae sunt arbitrarie, cap. tempora penitudinis, 26. quæst. 7. et cap. mensuram de penit. dist. 1. et cap. Deus qui, de pen. et remission. et procedit non solum quando non reperitur expressa in jure penitentia specifica, imò etiam ubi canon expressam imponit penitentiam, sicut reperitur in 46. fere casibus, ubi canones penitentiales imponunt específicas penitentias, pro certis peccatis, quos poteris videre collectos per Host. in summa, de penit. et remission. charta 15. col. 2. 5. et 4. ut tradit Abb. in dict. cap. Deus, qui et est communis opinio approbatè consuetudo generalis, neque obstat quòd dicit Beatus Gregor. et habetur in cap. falsas, de penit. distinct. 3. ubi dicit, falsas penitentias dicimus, quæ non secundum auctoritatem Sanctorum Patrum imponuntur, quia dicit Hostiens. illud verum, nisi ex causis et ponderatis circumstantiis penitentia temperetur; et idem dicit Abb. in dicto cap. Deus qui, et ultra alias causas, dicitur rationabilis causa dispositio penitentis, unde si meretur penitentiam

magnam, et dicit se non posse facere nisi parvam, injungat ei sacerdos, quam possit libenter suscipere, et si gaudere non potest de ejus omnimoda purgatione, saltem gaudeat, quòd liberatum à gehenna ad purgatorium transmittat, ita quòd secundum Hostiens. nullo modo permittat eum à se recedere desperatum, argum. cap. si quis presbyter, 26. quæst. 6. et advertat sacerdos, quòd pro majore peccato, major debet penitentia imponi, cap. Deus diffinitio-nem, de penit. distinct. 1. caveat etiam secundum Hostiens. ubi supra, quòd sic arbitretur, nec vilescat auctoritas Ecclesie, et ne potestas claviùm contemnatur, de penit. distinct. 1. cap. sunt qui arbitrantur, cap. absit, et cap. siquis præpropera, 50. dist. et ne ipsos onerent; juxta ea quæ notat Glos. in dicto cap. mensuram, et Abb. in dicto cap. Deus qui, Host. in summa de penitent. et remis. ultima charta, vers. ad quid valet sacerdos. Sacerdos igitur consideratis criminis qualitate, et personæ dignitate, conditione, sexu, officio, paupertate, infirmitate, debilitate, consuetudine, complexionè, senectute, contritione, loci, religionis et temporis qualitate, causa, et voluntate, et aliis circumstantiis, de quibus in dicto cap. 1. de penit. distinct. 3. et hic, penitentiam imponat; et dicit Glos. in dicto cap. mensuram, quòd si per errorem sacerdos quòd à penitente credebatur peritus, minorem quam debeat penitentiam imponat, sufficit illa minor penitentia ad peccatum delendum, et omnem penam alterius vitæ, dummodò penitens, qui eam recipit, majorem recipere paratus esset, si sibi imponeretur, et sequitur Abb. in dicto cap. Deus qui, de quo tamen videas Abulens. Matth. cap. 16. quæst. 50. ubi concludit allegatis dictis illius glossæ, quòd respectu pœnæ impositæ jure procedit dictum illud glossæ, sed non in pœna taxata à Deo, quia si minor imponatur, non tollitur tota pœna in purgatorio; unde si quis commisit homicidium, vel perjurium, tenetur de jure ad septennem penitentiam, cap. hoc ipsum, et §. sequent. 35. quæst. 2. et cap. predicandum, 22. quæst. 1. si sacerdos imponat penitentiam unius diei, per hoc dispensat in jure, ita quòd per hoc penitens non tenetur ad septennem penitentiam; et tamen si per septennem penitentiam tolleretur tota pœna debita in purgatorio pro homicidio, vel perjurio, non tolleretur per pœnam unius diei, quam imposuit sacerdos, sed solum tantum tollitur proportionabiliter, quantum est unius dies ad septem annos; et ita secundum eum quanto minorem penitentiam imponit sacerdos confitenti, tanto deterior es confitenti. Nisi forte, quia imposita majori penitentia non possit, aut nollet illam tolerare: vide etiam ad prædicta, quòd ex causa potest sacerdos minuere penitentiam impositam à Papa, ut dicit Glos. in dicto cap. tempora penitudinis, et si peccatum esset publicum, dicunt aliqui, quòd penitentiam publicam non potest sacerdos minuere, per text. in cap. 1. de penitent. et remission. ubi Anton. Felin. in cap. accusasti, in fine, de accusat. Sed dic, quòd etiam in hac dispensare possit ex magna causa, cap. quæstium de penitent. et remission. et tradit Hostiens. in dict. vers. quæ pœna.

(14) Emienda. Nam non dicitur verè penitens, qui peccandi animum non deponit, cap. quod quidam, de penitent. et remission. Et si confitens dicit, se non posse desistere ab odio vel alio peccato, vel nolle restituere cum possit, aut dimittere artem, quam sine mortali exercere non potest, vel hujusmodi, talis nullo modo debet absolvi, secundum S. Thom. Petr. de Palud. et alios: audienda tamen est ejus confessio, ne desperet, ut in dicto cap. quod quidam. Sed an teneatur penitens acceptare penitentiam moderatam à sacerdote injunctam; et dixerunt multi Doctor. S. Thom. Ricard. et alij, quòd sic. Scotus verò tenet oppositum, cui assentit Joan. de Medina in suo tract. de penitent. in cap. alia est penitentia secreta, sub versic. sed est dubium. Et probari dicit unica ratione, quia si esset penitenti necessarium penitentiam injunctam acceptare, aut esset necessarium ad hunc finem, scilicet ut Deo reconcilietur, aut ut Deo satisfiat, sed non primum; quia supponit, quòd homo ille sit per contritionem sufficienter reconciliatus, sed neque secundum, quia quamvis peccator teneatur Deo satisfacere, cum hoc debitum possit multis viis et modis solvere, sequitur, quòd non tenetur ad unum determinatum modum satisfaciendi, scilicet per penitentiam injunctam; potest enim aliter, scilicet per penitentiam voluntariè assumptam, et per alia opera pietatis, et per fervorem charitatis satisfacere; et potest etiam satisfactionem ad purgatorium remittere, cum postquam culpa fuit remissa, non mansit peccator obligatus nisi ad pœnam temporalem, in hoc sæculo vel in alio solvendam, in quam scilicet fuerat æterna commutata.

LEY XXVI.—Que cosas deben preguntar los Confesores á los que se les van á confesar.

Simplemente deben los Confesores oír las confesiones de los pecadores: é despues que hobieren confesado sus pecados, hanles de preguntar de las cosas que son adredero del pecado, asi como dice la ley ante desta. Pero débense mucho guardar, que les non fagan preguntas señaladas (1) de las maneras del pecado; mas generalmente les deben preguntar en quales maneras pecaron. Otrosí deben guardar que non pescuden á los que se confiesan, sobre pecados extraños é muy sin razon, que non usan los homes, porque podria acaescer que por algunas de tales demandas se moverian á hacer algunas cosas, que ante non solian pensar, nin sabian. Mas si por aventura acaescesse, que el que se confiesa fuese necio ó vergonzoso, el Clérigo viesse en él algunas señales que se avergonzaba de las decir; entonces bien le puede preguntar, fasta que sepa la verdad de aquel pecado que encubre. E otrosí puede preguntar á todo home que viene á su confesion, de los pecados que son usados (2), asi como de soberbia, de muerte de home, de avaricia, de adulterio, ó de furto, de perjuro, de falso testimonio, é de los otros yerros, en que caen los homes á menudo, é son como de cada dia. Otrosí debe el Confesor mandar al que se le confiesa, que quantas vegadas viniere á penitencia, se sienta á los pies del Clérigo, que lo confesare, omildosamente (3). Pero si fuere muger, débela castigar, que se asiente á un lado del Confesor, é non muy cerca, nin delante; mas de guisa que la oyga, é non le vea la cara (4), porque dice el Profeta Abacue, que la cara de la muger es asi como llama de fuego, que quema al que la cata. Onde el Clérigo que se debe guardar de non facer yerro con las mugeres, ha menester de non le ver la cara, nin otra cosa, porque haya de moverse á errar.

LEY XXVI.— Sacerdos de circumstantiis peccati inquirens, non descendat ad speciem, neque de inconsuetis gravibus delictis querat, nisi ex signis confitentis viderit propter verecundiam veritatem celare, et faciat hominem penitentem ad ejus pedes sedere; mulierem vero ad latus, non nimis appropinquantem, neque faciem, aut aliud ejus intueatur. Hoc dicit.

(1) Preguntas señaladas. Vide in cap. omnis utriusque sexus, versic. sacerdos autem, de penitent. et remission., et per Hostiens. in summa, charta 8. versic. qualiter sacerdos se debet habere erga confitentem, et charta 9. col. 1. versic. quæ interrogationes, ubi refert dicentes aliquos (et quod sic utuntur, et multi religiosi), quod nullæ interrogationes fieri debent, sed simpliciter debet audire sacerdos; quam opinionem proculdubio dicit Hostiens. esse periculosam, quia multi sunt simplices, qui si instruantur, verè confitebuntur, et si non instruantur, semper in facibus remanebunt. Subdit etiam, quod est falsa talis opinio, nam in hoc foro sacerdos est iudex, ut dicit Ambr., et habetur in cap. verbum, de penit. distinct. 1. et oportet judicantem cuncta rimari, 30. quæst. 5. cap. judicantem, et adde in hoc Glos. in cap. 1. in verbo investigator, de penitent. distinct. 6. et si persona penitentis esset discreta, non multum scrutetur, cum in omnibus sit instructa, nisi forte Deus tibi aliquid revelaverit plus quam sibi, 95. distinct. cap. esto subiectus.

(2) Que son usados. De hoc videre poteris per Sanct. Thom. 4. sententiarum, dist. 19. et 30. ubi dicit, quod sacerdos debet perscrutari conscientiam peccatoris in confessione, quasi medicus vulnus, iudex causam; quia frequenter, quæ penitens taceret præ confessione, interrogatus revelat. Sed tamen in interrogationibus tria sunt attendenda. Primum, ut quilibet peccator interrogetur de

peccatis, quæ consueverunt in hominibus illius conditionis abundare. Non enim oportet, quod à milite quaeratur de peccato clericorum, aut religiosorum, aut è converso. Secundum, ut non fiat explicita interrogatio de peccatis, nisi de illis, quæ omnibus manifesta sunt. De aliis autem adinventionibus, ita debet à longinquo fieri interrogatio, ut si commisit, dicat, si non commisit, non adisceat. Tertium, ut de peccatis præcipue carnalibus non descendat nimis ad particulares circumstantias; quia hujusmodi delectabilia, quanto magis in speciali considerantur, tanto magis concupiscentiam nata sunt movere, ut dicitur in 4. Ethicor., et cavere debet sacerdos ne plures interrogationes faciat, quam fortè expediat: quod specialiter cavendum est in interrogationibus modi peccandi, maxime in peccato fornicationis, et gula, ne fortè sibi modum, quem numquam audivit, videatur aperire, et sit ad peccatum quod nunquam fecerit, quodammodo instruat, ut tradit Host. in summa. in dicto versic. quæ interrogationes, et habetur in ista lege.

(3) Omildosamente. Flexis genibus, capite discooperto, aut velato, dicit Hostiens. in summa de penit. et remission. charta 8. col. 4. vers. qualiter sacerdos.

(4) La cara. Prosequitur dicta Hostiens. in dicto versic. qualiter sacerdos, ubi, quod instruat faciem, quod semper sedeat ex transverso, ne faciem ipsius respiciat; quia facies mulieris, ventus urens, Habacue, cap. 1. v. 9.

LEY XXVII.—Que dice que todo Christiano debe saber el Pater noster, é Ave Maria, é el Credo in Deum (a).

Ave Maria, é el Pater noster, é el Credo in Deum, son palabras santas é de grand virtud, é conviene mucho á los Christianos que las sepan; porque el Ave Maria son las palabras, con que el Angel Gabriel saludó á la Virgen Santa María, quando nuestro Señor Jesu-Christo quiso tomar carne della, é es loor, que le place mucho, é ha tan gran virtud, que ganan por ella los homes su merced de Santa María Virgen. Otrosí en el Pater noster son las siete peticiones que nuestro Señor Jesu-Christo dixo á los Christianos, con que le supiesen pedir merced: é en el Credo in Deum es la creencia verdadera de la Santa Fe Católica, como la deben creer. E por esta razon los Clérigos que han de confesar, deben preguntar (1) á los que se les confiesan, si saben estas cosas que en esta ley son dichas, é si dixeren que las non saben, deben gelas mostrar, é aconsejar, é mandar que las aprendan.

(a) L. 1, tit. 1, lib. 1 del Ord. R.—L. 1, tit. 1, lib. 1 de la N. R.

LEY XXVII.— Quærat sacerdos, an confitens sciat Ave Maria, Pater noster, et Credo in Deum, est si nesciat, doceat eum, consulens, et mandans ut addiscat. Hoc dicit.

(1) Preguntar. Congruens videtur hoc, et necessarium in rusticis, et minoribus aetate, et noviter conversis ad fidem; et habet ortum lex ista à dictis Hostiens. in summa. ubi supr. charta 8. col. 4. vers. qualiter sacerdos.

LEY XXVIII.—Qué penitencia deben dar por el pecado mortal.

Doble pena es fallada por el pecado mortal. La una por siempre, é el en otro siglo, á los que lo non confiesan en este mundo, pudiendo haber á quien, ó que non se arrepienten (1) como deben. La otra es temporal en este mundo, que pone aquel á quien se confiesa el pecador: é quando esta temporal es tan grande, que compla á la emienda del pecador, compliéndola en este mundo, es quitado de la otra que es en el otro, que debia haber en el Purgatorio (2); é si non es tan grande, ó non la pue-

de complir en este mundo, conviene por fuerza, que la compla en el otro, pasando por el Purgatorio.

LEY XXVIII.— Mortuus in peccato mortali perpetuò damnatur ad pœnam; sed confessus, si pœna penitentiae est condigna peccato, et in hoc mundo completur, remittitur in alio sæculo; sed si non completur, aut condigna non est, luctur in purgatorio. Hoc dicit.

(1) Arrepienten. Per contritionem pœna æterna diminuitur, sed agenda est penitentia temporalis, ut colligitur de penitent. distinct. 1. cap. multiplex, et cap. quem penitet, in fine, et cap. verbum, et cap. si peccatum, et cap. sicut primi hominis, et 3. distinct. cap. consideret, in fine, et distinct. 7. cap. fin. Quicumque christianus mortaliter peccans duplici vinculo adstringitur ad satisfaciendum; unum, quò ligatur quoad Deum, et istud in contritione dimittitur; aliud, quoad Ecclesiam, quòd per confessionem, et satisfactionem injunctam, et absolutionem presbyteri relaxatur, secundum Hostiens. in summa, de penit. et remission. charta 8. vers. illud autem, et vers. tu dic, col. 2. allegat cap. à nobis, et 2. §. 1. de sentent. excommunic. et quoad pœnam temporalem satisfactoriam obligatus etiam est Deo: vide quæ dixi supra eod. in l. 25.

(2) En el purgatorio. Is est effectus penitentiae, ut si perfectè in hoc mundo fuerit satisfactum, ad patriam evolet, aliàs si quid purgandum remanserit, igne purgatorii purgabitur: videas per Hos. in summa de penitent. et remission. charta 12. col. 1. versic. is est igitur effectus, et quæ dixi in dicta lege 25.

LEY XXIX.— Como todo home puede confesar á otro en peligro de muerte.

Enfermedad habiendo alguno, ó otra coita, porque se coitase de tomar penitencia, mas aina que debía, ó que tenia en la voluntad de lo facer, debe demandar primeramente por aquél, cuyo parrochano es, segund dice en la setena ley ante desta. Pero si aquel non podiese haber, puédese confesar á otro qualquier, maguer non fuese Misacantano: y si en ninguna manera Clérigo non podiese haber, é fuese grande la premia, puédese entonces confesar al lego (1): é maguer el lego non haya poder (2) de absolverlo de los pecados, gana perdon dellos, quanto á lo de Dios, por el arrepentimiento que ha, é por la buena voluntad que tiene consigo, que se confesaria al Clérigo, si le pudiese haber. Pero si despues estorciesse de aquel peligro (3), débese confesar despues al Clérigo, si lo pudiese haber. E tal confesion, como la que habia fecho primeramente con el lego, non vale si non á ora de grand coita, non pudiendo al facer, asi como dicho es.

LEY XXIX.— Infirmus non invento suo presbytero, potest confiteri alii clerico, vel laico; sed cum evadet, debet iterum confiteri presbytero. Hoc dicit.

(1) Al lego. Ortum habet à cap. quem penit, de penitent. dist. 1. et cap. qui vult, de penit. dist. 6. videas per Glos. in cap. 2. de penit. et remis. lib. 6., et poterit instante necessitate cofiteri etiam et mulieri, Hostiens. in summa, de penit. et remission. §. cui confitendum, et Abb. in cap. pastoralis, §. præterea, de offic. ord. non tamen hæretico, vel schismatico, ut dixi supra eod. in l. 21.

(2) Non haya poder. Quia non habet claves, ut dicit Glos. in dicto cap. 2.

(3) Estorciesse de aquel peligro. Vide per Hostiens. in dicto §. cui confitendum.

LEY XXX.— Que cada uno debe decir por sí mismo sus pecados é non por carta, nin por mensagero.

Mensagero (1), nin carta (2) non debe ninguno enviar, para confesar por él sus pecados; mas aquel que face el pecado lo debe decir por suboca, fueras endá si non

supiese el lenguaje de aquel, á quien se debe confesar, ó hobiese en sí enfermedad, ó otro embargo por que lo non podiese facer; ca estonce bien puede manifestar sus pecados por escrito, ó decirlos á otro que sepa su lenguaje (3), que los diga por él, estando delante aquel, á quien se quiere confesar. E que esto deba serasi fecho, muéstranoslo nuestro Señor Jesu-Christo en el Evangelio (4), quando sanó los diez gafos, que les dixo: Id. é mostrados á los Sacerdotes: é en esto se entiende, que tovo por bien, que cada uno fuese por sí á mostrar sus pecados, é non uno por otro. E aun se muestra por lo que dixo el Apóstol Santiago (5): que se confesasen los homes, los unos á los otros, sus pecados.

LEY XXX.— Confessio non potest fieri per nuntium, aut epistolam, vel litteram, sed proprio ore. Si tamen talia non intelligat linguam vel alias loqui nequeat, eo in presentia sacerdotis existente, potest per alium vel per litteram confiteri. Hoc dicit.

(1) Mensagero. Confessio sacramentalis non potest fieri per nuntium, ut hic, et est sumptum ex dic. cap. quem penitet, de penit. distinct. 1.

(2) Nin carta. Adde dic. cap. quem penitet; dicit tamen Glos. in cap. qualis, 30. quæst. 5. quòd mulier simplex potest confiteri scripto sacerdoti presentia. S. Thom. in 4. sentent. distinct. 17. dicit, quòd confessio, prout est pars sacramenti, habet determinatum actum et materiam, et ille est, quo maximè consuevimus manifestare, id est, per proprium ejus; igitur ei, qui non habet usum linguæ, ut qui est mutus, vel qui est alterius linguæ, sufficit, quòd per scriptum, aut nutu, aut per interpretem confiteatur, quia non exigitur ab homine plus quàm possit: dicit etiam S. Thom. in 1. quodlibeto, quòd de necessitate Sacramenti est, quòd quis sua peccata manifestet, neque potest in hoc aliquis dispensare. Sed quòd fiat verbo non est de necessitate Sacramenti, sed ex institutione Ecclesie quoad eum qui potest, non solum ut erubescat, sed ut accipiat id, cujus usus est convenientior.

(3) Que sepa su language. Habes hic, quòd potes quis confiteri per interpretem, et adverte, quòd non dicit, quòd teneatur, sed quòd potest: Sylvest. in summa, de verbo, Confessio, la 1. versic. 45. queritur, post. S. Thom. et aliòs, quos ibi refert, se resolvit, quòd tenetur quis quando habet sacerdotem presentem confiteri ore, vel per scripturam, aut per interpretem de jure divino, id est, semel ante mortem, quia Deus præcepit absolutè confessionem, quæ fieri potest dictis modis, quantum est, de necessitate sacramenti, et consequenter quandiu habet homo unum de illis modis, non absoluitur à præcepto. Utrum autem idem sit de jure canonico, seu ecclesiastico, secundum quòd confessio debet fieri semel in anno, refert Petrum de Palud. dicentem, quòd fortè non tenetur quis confiteri per interpretem, licèt possit, ex quo non invenitur præceptum in jure, et præceptum est grave, et efficeretur gravius; et consequenter talis non tenebitur communicare in pascha, nisi immineret periculum mortis, quia tunc teneretur confiteri de jure divino: Joan. verò de Medina in suo tract. de confessione, dum tractat de modo secretè confitendi, §. solet insuper, se resolvit, quòd licèt sit licitum confiteri per interpretem, vel coram testibus, non tamen dicit esse necessarium; quia neque intentio Dei, neque Ecclesie est, ut peccator teneatur eo modo confiteri, quo possit infamari, qualiter posset si per nuntium, vel interpretem, seu scriptum, seu si pluribus confiteretur. Item Ecclesia præceptum modificans, ait: quòd solus soli confiteatur, si sic sacerdoti loco Dei: fatetur tamen, quòd si non posset aliquis debitam certitudinem sui status habere, nisi per confessionem et absolutionem, et per eam posset habere, quòd tunc esset necessarium sic confiteri ob periculum vitandam. Attamen, cum hujusmodi certitudo non sit evidentiae, sed probabilis conjecturæ, hæc autem haberi potest per solum contritionem, sine hujusmodi non secreta confessione: igitur defectus certitudinis non inducit necessitatem confitendi, non servato modo secreto.

(4) En el Evangelio. Luc. cap. 17. v. 14.

(5) El Apóstol Santiago. In Epist. cap. 5. v. 16.